

3. *Prenolepis sumatrensis*, nov. spec.

*Femina*: Long. 10.5—12 mm. — Rufo-testacea, mandibulis castaneo-rufis dentibus nigris; copiose longe et flavide pilosa atque subtilissime pubescens et micans, subtiliter coriaria; antennae longae, scapo (long. 3 mm.) copiose abstante (haud setaceo-) piloso, funiculo articulo primo secundo aequilongo; area frontalis indistincte definita: oculi prominentes et nigri in capitis laterum medietate; petioli squama modice antrorsum inclinata, paulo incrassata, subquadrata marginibus rotundatis; abdomen thorace latius; alae anteriores longae (circiter 10.5 mm.), flavescens costis testaceis, basalibus aut solummodo costa scapulari plus minusve fuscis, absque cellula discoidali clausa; pedes elongati, graciles et copiose abstante (haud setaceo-) pilosi.

*Mas*: Long. 3.4—4 mm. — Testaceus aut rufo-testaceus capite et abdomine saepe plus minusve fuscis; capitis, thoracis et abdominis pilositas atque pubescentia ut in femina; subtilissime coriarius; mandibulae angustae, margine masticatorio obliquo, acuto, brevi et saepe indistincto; antennae modice longae scapo pilis brevibus copiosis sed pilis longis paucis, funiculo articulo primo secundo paulo longiore; area frontalis distincta et triangularis; petioli squama humilis, incrassata, subquadrata, paulo antrorsum inclinata; genitalium valvulae externae longe pilosae, triangulares et longiores quam ad basim latiores; alae anteriores parum infuscaetae costis testaceis, cellula discoidali clausa nulla; pedes graciles, pubescentes, pilis longis abstantibus.

Sumatra: Ajer Boesoek, Silago, Solok, Moeara Laboe, Loeboe gedang und Palembang.

Wien, 17. Juni 1883.